Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mias 54

Achabor: et vnus ait eo i egiptu et eduxerunt Vriam de egipto
et adduxerunt eum ad regem Joachim & pavsit eum gladio & proiecit
cadaver eius i sepulcro vulgi ignobilis Igitur manus Aphan
filii Saphan fuit cum Jeremia ut non traderetur i manus ppli ut interficerent eum. Sequitur capitulum vigesimum septimum. CAP. VII.

IN principio regni Joachim filii Josie regis Juda factum est
verbum istud ad Jeremiam a domino dicens. Hec dicit dominus fac
tibi vinculla et cathenas & pones i eas i collo tuo et mittes
eas ad regem Edom et ad regem moab et ad regem filiorum
Amon et ad regem Tiri et ad regem Sidonis i manu nuntiorum
q venerunt Jerusalem ad Sedechiam regem Juda. et præcipies eis
vt ad dominos suos loquantur. Hæc dicit dominus exercituum deus israhel
Hæc dicetis ad dominos vestros Ego feci terram et hominem et jumenta q sunt
super faciem terre i fortitudine mea magna et i brachio meo extento
et dedi eam ei qui placuit i oculis meis & nunc itaq; ego dedi
omnes terras istas i manu Nabuchodonosor regis babilonis
servi mei. Insuper et bestias agri dedi ei ut seruiant illi. et seruiet
ei omnis gentes et filio eius donec veniat tempus terre eius et ipsius
et seruiant ei gentes multe & reges magni. Gens autem et regnum
qd non seruierit Nabuchodonosor regi babilonis & qd colli n
curuauerit collum suum sub iugo regis Babilonis in gladio et i
fame et i peste visitabo super gentem illam ait dominus donec consumam
illam i manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas vestros et di
uinos et somniatores et augures & maleficos q dicunt
vobis Non seruietis regi babilonis qm mendacium prophetant uobis
ut longe faciant vos a terra vestra et eiciat vos & pereatis. Porro
gens que subiicit ceruicem suam sub iugo regis babilonis &
seruierit ei dimittam eam i terra sua dicit dominus & colet eam et habitabit i ea. Et ad Sedechiam regem Juda loquutus sum hoc modo illum
hec dicens. Subiicite collum sub iugo regis babilonis & seruite
ei et populo eius & viuetis. Quare moriemini tu et populus tuus gladio
& fame et peste sicut loquutus est dominus ad gentem q seruire noluerit regi
babilonis Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis Non
seruietis regi babilonis qm mendacium prophetant uobis. qm non misi